



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

7. De captiuitate Christi. Matt. 28.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

suos deponabit sententiam. *Discedite a me
di in ignem aeternum* 3. nota mirum amo-
rem Christi, quod in tantis periculis, et
sine suo incommodo, sollicitus est de
discipulis, ut dimittantur.

MEDITATIO VII.

De captiuitate Christi. Matt. 28. Marc. 14.

Luc. 22. Ioan. 18.

Tunc accesserunt, & manus iniecerunt
IESVM, & tenuerunt eum. Considera
quomodo viles & barbari nebulones in-
guum innocentem cum ingenti clamore
petulanter irruant: alij in capillos, alij
barbam: alij caput benedictum pugnis, &
fustibus cadant, alij brachia crassis funi-
bus tam arte stringant, ut sanguis eru-
pat ex venis: alij catenam ferream in collo
iniiciant, omnes ut rabidi canes insultent.
O miserabile spectaculum, onustum videri
catenis & funibus creatoris caeli & ter-
ra, qui solus nos a vinculis liberare potest.
videri ligatas manus, tot miraculorum ef-
fectrices. Tractari ut latronem, qui omnia
animas a morte aeterna liberauit. Cogita
Christum ligari, ut te peccatorum vinculis

Soluat, & ex dæmonis laqueis expediat.

Petrus abscidit auriculam serui summi sacerdotis, qua curata Christus dixit. Mitte gladium tuum in vaginam, Calicem quem dedit mihi Pater, non vis, ut bibam illum? Deinde ad turbam dixit. Tanquam ad latronem existis comprehendendum, sed hæc est potestas tenebrarum. Considera 1. cur Petrus tam temerarius fuerit, nempe quia in oratione obdormijt. 2. benignitatem Christi bonum pro malo reddentis hosti, dum sanat auriculam Malchi. 3. studium obediendi: quid enim aliud est, non vis ut bibam calicem quam, vis ut Patri non obediam? maluit enim, inquit Bernardus, perdere vitam, quam obedientiam. 4. obstinationem Malchi, & turbæ duplici miraculo nihil motæ. 5. considera, rem indignam, nempe Christum seu latronem tradi non solum in manus Iudæorum, sed etiam principis tenebrarum. Iob quidem diabolo vexandus datus est, sed, ne vitam tolleret: at Iesus sine exceptione tartaræ potestati traditur, ut in vitam & famam eius rabiem exercean.

Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

Considera his discipulis similes esse, qui tantisper seruiunt Christo & pietati, dum res bene fluunt? ybi vero tentatio oritur,

Q. 5 & ab.

& afflictio, ab instituto pietatis studio
cedunt. 2. Considera, eos in hanc tenta-
nem incidisse, vt fugerent, quia confli-
Christi non paruerunt, cum premonuerit.
Orate ne intretis in tentationem. Imo pra-
xerit eos fugituros. *Omnes scandalum,*
quiens, *patiemini in me ista nocte.* Vnde
scimus in magis afflictionibus superari
non esse fidendum nostris viribus, sed
denti orationi instandum. Nec enim
se opus habuit oratione Christus, ne fuge-
ret, sed vt nobis exemplum daret, doceret
que quanti sit facienda oratio.

MEDITATIO VIII

De deductione Christi ad Annam.

Ioan. 18.

ET adducunt Iesum ad Annam primam,
qui interrogauit Iesum de doctrina eius
scipulis. Et respondit. Interroga eos qui audi-
erunt, palam locutus sum in templo, & Syna-
goga omnia. Considera, quomodo rabidi
li ministri in tenebris per vias inuias, per
spinas & sordes indigne raptet, (vt ad do-
mum Annæ pertrahant) innocentem hunc agnoscit
quot iniuriis & verberibus afficiat, ac sub-
inde præ debilitate, in terram proplatum pro-